



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Stvdio Perfectionis Libri Dvo**

**Crombecius, Johannes**

**Mogvntiæ, 1614**

XXVIII. Eam veram esse vitam, quæ beata est; eandemque in Dei comprehensione consistere, ex qua bona omnia profluunt, quæ animam satient.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

## C A P. XXVIII.

*Eam veram esse vitam, qua beata est: eademque in Dei comprehensione consistens, ex qua bona omnia profluunt, qua animam satient.*

38. **Q**Uæ hæcenus diximus, homines beatorum non faciunt. Permite ergo, Domine, ut (licet indigni, tremebundi tamen, decet) proprius accedamus. Et si enim populus tuus horruerit accessum montis Sinai, dicitur Moysi, *Loquere tu nobis; non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur*: tamen te auctore, te iuuante laborantes & oneratos, confidenter accedat paruulus, & in numero paruulorum, qui complecteris impense, dicam, *Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus*. Si rubus es in compositus, en calceamenta de pedibus depositi, in lucra mundanarum cogitationum. Alcedens cum Moysè ad montem; &, si facie ad faciem videre nequeam, nube saltem interlucente, *per speculum, & in enigmate*, mihi te contemplantur liceat. *Tibi dixit cor meum: Exquisiuit te faciem tuam, Domine, requiram. Ne auert a faciem tuam à me, & ne declines in ira à seruo tuo.*

*Exod. 20.*

*Matth. 17.*

*Marc. 10.*

*Psal. 79.*

*Exod. 3.*

*1. Cor. 13.*

*Psal. 26.*

*Visio primus actus beatificus.*

Primus igitur actus beatificus est visio sui mi boni, finisque vltimi: quo autem pacto fiat, crassiori comparatione accipe. Visio est visione corporali ducta similitudine: quem

modu  
tur,  
corpo  
obie  
tertiu  
ipso  
pia qu  
gis, m  
applic  
quia  
organ  
comm  
tu, &  
quæ p  
tum q  
inter  
medi  
Ha  
ne rep  
est si  
homi  
excel  
intell  
tame  
habe  
dem  
vider  
tur. V  
pote  
dica  
ocu  
in se  
modu



modum ergo videamus ea, quæ oculis obijciuntur, considerandum est. Quatuor ad visionem corporis alicuius requiruntur. Primum est res obiecta, alterum potentia quæ visionem elicit, tertium applicatio aut vnio rei videndæ cum ipso organo; vniri enim debet cum sensu res ipsa quæ sensu percipitur: vt cum lapidem tangis, manui admoues; cum panem gustas, palato applicas; cum vides, audis, odores percipis, quia duriorum corporum intimam vnionem organi teneritudo non admittit sine suo incommodo ac interitu, species rerum visu, auditu, & odoratu percipiendarum sufficiuntur, quæ potentijs vnitæ sensationē efficiunt. Quartum quod in visione requiritur, est lumen, quod inter rem visam & videntis organum intercedit medium.

*In visione quatuor requiri.*

- 1.
- 2.
- 3.

4.

Hæc omnia in beata diuinæ Maiestatis visione reperiuntur. Res namque quæ conspicitur, est summum bonum; in cuius possessione finis hominis vltimus consistit. Nihilominus eius excellentiæ est ac ordinis, vt infinitis gradibus intellectus humani vires excedat: sublimiorem tamen oculum, quo Deum contueamur, non habemus; nam oculus corporis ne per Dei quidem infinitam potentiam eleuari potest ad id videndum, quod extra obiectum eius constituitur. Vt enim oculus gustare, odorari, audire non potest; nec auditus videre, aut de saporibus iudicare; quia id ab eius obiecto secernitur: sic nec oculus corporeus (auctore D. Augustino, qui in sententiæ suæ suffragium Athanasium, Gregorium

*In visione beatifica quatuor requiri.*

1.

*Obiectum, quod est summum bonum.*

2.

*Potentia intellectus.*

*Oculo corporis Deum non posse videri.*

*Epist. III.*





gorium Nazianzenum, & Ambrosium addit) spiritum potest intueri: de luce enim & coloribus, non de spiritibus, iudicat aut dicitur.

3.  
*Vnio obiecti cum potentia.*

Maiores difficultates sunt in tertio, nimirum in unione rei obiectæ cum intellectu, seu potentia visiva spirituali: non enim species efformans potest Deum infinite repræsentans, alioquin foret infinita. Verum nec sapientia, æque intellecta & immensa, hac specie indiget, ut sese videndam præbeat: modos habet sufficientes, sese mentium oculis uniat: est namque in se præsens ut rebus omnibus, ita maxime in se beatorum, suaque præsentia sufficit intellectui seipsam, veram imaginem, formamque præsentem: & quia intellectus humanus imbecillior est, obtusior, ac humilior, quam ut possit ad maiestatem, tam celsæ immensæque Maiestatis sublimitatem assurgere, nec modo ad radios illos perferret, sed omnino ab eiusdem opprimetur gloria, eleuatur vi quadam diuina operante fulciere intellectus inopiam; ut, quod humanis viribus nullo modo posset, possit tamen diuino subsidio, labentes vires subleuante & adiuuante. Sicut enim impossibile est hominibus rebus fidei assentiri quæ naturæ cognitionem superant; deserere item parentes, possidere omnes; complecti vitam cœlibem, cum professione perpetuæ castitatis; detestari illicitas omnes voluptates ex animo, solo Christi intuitu, sine adminiculo gratiæ diuinæ eleuante hominem ad operanda quæ naturæ vires esse



unt: ita omnino impossibile est intellectum humanum incomprehensibilem Deum sensu interno apprehendere; nisi ipse incomprehensibilis vires modumque sufficiat, visibilemque nostræ infirmitati sese inclinando efficiat.

Quartum quod expeditur in visione beatifica, lumen gloriæ nuncupatur. Huius munus est, potentia insufficientiam adiuuare, & habitu quodam intime in hærente confortare. Videmus sculptores, vt res tenuissimas perspicuas sibi faciant, perspicilijs multiplicatis res minimas visibiles reddere, quas nudo oculo non viderent. His potentia visiva fulcitur & erigitur, vt videat, & quidem cum facilitate, quod alioquin videret quidem. Sic & lumen gloriæ illustrat oculos, vt inuisibilis Deus visibilis appareat. Et sicut ad res fidei credendum habitu fidei, quo perpetuo & ad nutum vtimur, nobis opus est: ita etiam, vt beati Deum videant cum facilitate & delectatione, lumen gloriæ infunditur, & ea quidem mensura, quæ fuit gratiæ & charitatis, quam è terris in cælum quisque deportauerit. De hoc ita D. Matthæus: *Venturus est Christus in gloria Patris sui cum Angelis suis; & tunc reddet vniuique secundum opera eius.* Id quod reddit operibus tanquam æquam operum mercedem, est gloriæ lumen, per quod quisque eo clarius & euidentius Deum infinite pulchrum ac bonum intuetur ac participat, quo id pluribus ac maioribus operibus aucta gratia promeruit.

39. Vbi ergo deposita corporis sarcina, ô anima Christiana, omni vitiorum labe deterfa ad

Z 4 bea-

4.  
Lumen  
gloriæ.  
Simile.

Visio Dei  
beatifica,



*Et eorum  
qua in Deo  
sunt.*

beatas illas sedes perueneris, obstupesces  
mum mundum solemque aspicere quem  
quam uideris, basilicam Imperatoria angu-  
rem, Regem in decore suo splendentem. Ra-  
ris primo aspectu incredibili desiderio possi-  
da, complectendæ, tenendæ tantæ pulchri-  
dinis; intueberis, inquam, inuisibilem, com-  
eteris immensum & incomprehensibilem  
summo quod esse possit bono, toties à te ca-  
to, perfruere. Quam admirabile, quam nouum  
quam lætum, irreuerberato obtutu Deum  
psum aspicere, sanctissimam Trinitatem, De-  
vnum natura, personis trinum, eiusque om-  
PERFECTIONES, infinitam potentiam,  
pientiam, bonitatem, gloriam, immensam  
vbique diffusam intueri! Considerabis  
haustam charitatem, qua omnes beatos com-  
plectitur ad beat. Tu rues in amplexus eius  
ipse rursus excipiet te, & ad oscula oris sui  
plexusque admittet: intrabis & penetrabis  
diuini Domini tui: tenebis illum, nec dimittes  
in excessu clamans, *Domine, bonum est nobis*  
*hic, in pace, hic in idipsum dormiam & requiescam.*  
O dies, quando illucesces? quam tædiosa est  
solis præ tui desiderio! O sol oriens qui non  
occasum! O lux illa optata, qua tibi dicemus  
*domum Domini ibimus!* O *Ierusalem qua edificata est*  
*ciuitas, cuius participatio eius in idipsum!* O ibimus  
O idipsum! quam læto nuntio excipiemur  
anima Deum toto animo diligente! Sed quomodo  
*ueniam & apparebo ante faciem Dei? Fuerunt mihi*  
*lachryma mea panes die ac nocte, dum dicitur mihi*

*Matth. 17.*

*Psal. 4.*

*Psal. 121.*

*Psal. 41.*



quidie, Vbi est Deus tuus? Hac recordatus sum, & effudi in me animam meam; quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei. In voce exultationis & confessionis, sonus epulantis. Nec mirum si in spe lateatur fidelis anima, in spe tristetur: spes enim qua differtur, affligit animam. In Prou. 13. spes tamen sua certitudine confisa, exultat intus; & pusillanimitatem suam arguens, blande se corrigit ipsa: Quare tristis es anima mea, & Psa. 41. quare conturbas me? Spera in Deo, ne desperes: videbis mirabilia amici tui, qui fidem suam non fallent.

40. Quanquam vero hæc Dei visio sola sufficiat ad allequendam beatitudinem, etsi nulla illa apparerent; tamen, quia Deus speculum est sine macula per lucidum, beatis res quamplurimas repræsentat.

Ad quæ consideranda, ita, cum Beatus Thomas, varijs locis; tum nos hortatur D. Hieronymus: Egrede quæso, inquit, Pauli sper de carcere, & presentis laboris ante oculos tuos tibi pingere mercedem, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Qualis erit illa dies, cum tibi Maria mater Domini choris occurret comitata virginibus? tum post rubrum mare submerso cum suo exercitu Pharaone tympanum tenens præcinet responsuris, Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est, equum & ascensorem proiecit in mare? Tunc & ipse Sponsus occurret, & dicet: Surge, veni proxima mea, speciosa mea, columba mea; quia ecce hiems transiit, pluuia abiit sibi. Tunc & Angeli mirabuntur, & dicent:

Z s cent:



*Cant. 6.* cent: *Quæ est ista prospiciens quasi diluculum, speciosa  
vt luna, electa vt sol:*

*Visio sola non sariat sine amore.* 41. Visio Dei etsi fons & origo sit omnis beatitudinis, & copia bonorum omnium quæ cælis possidentur, inde tanquam ab Oceano fluens; si tamen sola consideretur, sine amore beatifico, beatam animam non facit, nec facit. Ut autem cognoscas qua ratione anima Deum comprehendat, possideat, & beatitudinem consequatur, concipe primum ab intellectu electo Deum videri tanquam summum bonum: quod deinde amor beatificus ex cognitione visione beata procedens. Hoc amore beato summum bonum impense diligitur, facta ipsa quoque visio; utpote qua tanquam in seu brachijs summum illud bonum tenetur. Prima illa visio nondum hominem beatum, nondum voluntas amore beatifico, qui ex parte De- clara oriri debet, bonum summum tenuit. At quia illud necessario volūtas amat, tenet dat intellectui, vt illud tanquam supremum summum bonum suum retineat; possideat, & separabiliter complectatur. Nec sufficit potuisse amorem Dei à viatore elicito: debet enim summum bonum, & sub ea ratione, & affectibus & amari; alioquin non comprehenderetur in effectu beatitudinis. Accedit quod visio, non beat rationem comprehensionis, præsupponit amorem tanquam dispositionem subiectam. potest autem dispositio quæ præterijit, & est, quidquam actu facere ad hominem beatificandum. Amor ergo beatificus ex vi-

*In quo comprehensio consistat.*



emans , proxima dispositio est ad comprehensionem , in qua beatitudo nostra confi-

Hac comprehensio duo complectitur. V-  
num est, appetitus nostri completum esse desi-  
derium, eo quod iam teneat illud quod arden-  
tissime concupiuit; quodque amet id, quod in-  
immitum sibi desiderat. Alterum est, quod  
illa amata teneatur, non ab appetitu illo qui-  
dem, sed à manu, brachijs, aut ea facultate quæ  
apta est consequi ac tenere rem concupitam.  
Amas opes, & eas deinde consequeris? appetitus  
tuus eas non apprehendit, sed manus. Iacob Ra-  
chelem annis quatuordecim optauit; potitus est  
operatis: sed brachijs vxorem complexus est,  
non appetitu. Teneris concentus musici desi-  
derio? comprehendis non desiderio, sed aure.  
Denique suspiras ad Dei conspectum? satiabitur  
in bonis desiderium tuum: at desiderium illud  
non tenet, sed oculus. *In stadio currunt omnes, sed  
vnicuique accipit brauium.* quomodo? sane coronam  
reportat in capite, discum in manu, torquem in  
collo. *Sequitur, ait Paulus, si quomodo comprehendam.*  
Sequeris, Paule, pedibus; comprehendes pe-  
dibus? Nequaquam: sed *videmus nunc per spe-  
culum in anigmate, tunc autem facie ad faciem; ocu-  
lis tenebo, quem desiderio & affectu prose-  
quor.*

*In compre-  
hensione  
duo obser-  
uantur.*

*Psalm. 102*

*2. Cor. 9.*

*Philip 3.*

*2. Cor. 13.*

Quod si teneas id quod non diligis, bonum  
illud præsens minime te beabit. Si enim musi-  
cam odi, si opes, si Rachelem, si quemlibet ho-  
minem, horum mihi molesta præsentia est, infeli-  
cem

LIBER PRIMVS  
DE BEATITUDINE  
CAPITULVM  
DE COMPREHENSIONE



cem me potius quam beatum efficiunt. *visio sola, sine amore, beatitudinem non*  
*Quis, quæso, beatus, qui, quod non vult,*  
*det; cuius consecutio grauis & acerba?* *Im-*  
*mino esset, si quis per absolutam De-*  
*tiam videret clare, & tamen Deum non*  
*vel etiam odisset. Is profecto per eam*  
*summam quandam intellectus PERFECT-*  
*NEM esset adeptus, beatitudinem minime*  
*profecto beatum se reputaret quispiam*  
*do illum quem odisset, & cuius præsentia*  
*mopere torqueretur. Cur ita? Quia vt*  
*suum non apprehendit, in illud appetit*  
*tendit, non mandat potentia apprehen-*  
*dere quod inuite possidet. Ideo enim*  
*comprehendere, quod ex vi appetentis*  
*rius facultas aliqua teneat simul ac com-*  
*dat bonum suum. Hinc D. Augustinus:*  
*non est, nisi qui & habet omnia quæ vult, &*  
*le vult. Ergo velle & amare præsupponit*  
*bonum ipsum teneatur ac comprehendatur*  
 42. Proinde, si recte ratiocinabimur,  
 comprehensio ex vi sua distincte non potest  
 fionem quam auditionem aut olfactionem  
 signet, sed solum habere bonum eo modo  
 natum est haberi; sic vt visio aliud non  
 cet aut connotet, quam claram visionem  
 propositæ, possessionem neutiquam; nihil  
 nus tamen manus, seu instrumentum ac  
 tas, qua voluntas seu amor beatificus conficitur  
 tur summum bonum, est visio. Scriptura  
 que diuina beatitudinis nostre coronam per  
 ficitur.

*Lib. 13. de*  
*Trin. c. 5. in*  
*sine.*

*Qui differ-*  
*rant visio-*  
*& compre-*  
*hensio.*

*Visio*  
*Deum te-*



fieri, manifestationem, apparitionem nobis  
 neri à bea-  
 cum apparuerit, inquit D. Ioannes, si-  
 tis.  
 erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Et 1.  
 Regius Propheta: Quoniam apud te est fons vitæ, 1. Ioan. 3.  
 & in lumine tuo videbimus lumen. & : Satiabor cum Psalm. 35.  
 apparuerit gloria tua. Denique quam mercedem Psalm. 16.  
 Moysis laboribus respondentem pollicitus est  
 Dominus? Ego ostendam, ait, omne bonum tibi. Id Exod. 33.  
 Patres confirmant. Basilius in primis. 2.  
 mi boni, ait, contemplatio, & virtutum luculen- In const.  
 tia cognitio, Angelorum thesaurus est. Cyrillus Monast. c.  
 Alexandrinus ita scribit: Nihil vera Dei contem- 19.  
 platione est pretiosius, quandoquidem nos summa bea- Libro 3.  
 tudinis hac facit participes. & mox: In diuinorum contra Iu-  
 contemplatione nostra felicitas est. Denique Diuus lian. post  
 Augustinus: Illa cognitione, illa visione, illa con- init. tomo  
 templatione, satiabitur in bonis anima desiderium. 2.  
 Huic rei suffragatur ratio D. Thomæ, qua Lib. de spir.  
 & lit c 33.  
 probat in appetitu beatitudinem non consistere. Psalm. 102.  
 Nam operatio appetitus vel antecedit conse- D. Thom.  
 rationem boni, & est desiderium: vel subsequi- 1. 2. q. 3. a. 4  
 tur, & est delectatio: desiderium vero dici non 3.  
 potest boni consecutio, bonique possessio, quia  
 desiderium boni absentis est: neque potest dici  
 delectatio, nam ea præsupponit conse-  
 cutionem boni, adeptamque eiusdem posses-  
 sionem: illius enim obiectum est bonum iam  
 obtentum.  
 Accedit possessionem Dei secundum rectam  
 rationem maxime per se expetendam esse: de-  
 lectatio vero non est maxime expetenda pro-  
 pter se: dignitas namque delectationis æstima-  
 tur



*Li. 10. Eth.  
c. 4. post  
medium.  
Li. 3. cōtra  
Gentes, c.  
26.*

tur ex ea operatione, quam comitatur. Unde delectatio beatorum sit bona, idideo fit, quod ex comprehensione Dei, quæ optima operatio est, consequatur. Hinc Aristoteles dicit de operationem se habere ad operationem ex qua fit, sicut se habet decor ad iuuentutem. Quod optime statuit D. Thomas operationem ad finem delectationis, non autem ad delectationem, tanquam ad finem, operationem referri, cum ea quasi vehiculo quodam utamur, cum facilitate gerendas. Ideo enim Deus miscuit quibusdã operationibus delectationem, ne ab animantibus negligerentur, cum necessariè ad conseruationem indiuidui generandi; vt videre est in operatione comedendi generandi.

Relinquitur ergo, in intellectu esse admodum, quo Deus comprehenditur, tenetur, et fidetur; esse que visionem beatificam; proposito tamen voluntatis imperio, quæ actiua vitur tanquam manu ad retinendum bonum, quod summum & esse, & sibi esse comprehendit. Quare etsi amor non sit essentialis, tanquam pars essentialis forme operationis quæ beatificat; tamen est quodammodo de essentia, quia est essentialiter requisita ad essentialem beatificationem: est enim dispositio necessaria, tum ex parte subiecti, visio possit beate; tum ex parte Dei tanquam iecti, vt proponatur, æstimerur, & teneatur modum summi boni.

43. Beatam ergo vitam quæris? hic inuenitur



Satiabor, inquit Propheta Regius, cum apparue- *Calitum*  
 rit gloria tua. Satiabitur vere in bonis desiderium *vitam solā*  
 Quid vis? quid optas? quid desideras? vi- *beatam ef-*  
 uere vis, non vis mori? sic uiue, vt aliquando *se, & sa-*  
 beate uiuas: nam uiuere, & non beate uiuere, *tiare omni*  
 genus mortis est, vel via ad mortem. In cœlis vi- *ex parte.*  
 ues non moriturus. Illic beate uiues: nam nec *Psal. 16.*  
 mala patieris, nec pati poteris: quia nulla sunt. *Psal. 102.*  
 tibi quod optabis possidebis, & possidere desi- *I.*  
 derabis: pelli possessione non poteris: & hoc *Ex patre*  
 nim Deus satiabit, hoc te recreabit. *Prou. 15.*  
*Comuiuium.* Comedite amici, dicit Dominus cœli & *Cant. 5.*  
 terre, & bibite, & inebriamini charissimi. Conui-  
 uium hoc finem non habet: nihil illi triste suc-  
 cederet: quod hodie est, æternum erit. Ideo ex-  
 clamat Augustinus: *O vita sempiterna, & sempi-* *Manual. c.*  
*terne beata, vbi gaudium sine mœrore, requies sine la-* *7.*  
*uore, dignitas sine timore, opes sine amissione, sanitas*  
*sine languore, abundantia sine defectione, vita sine*  
*morte, perpetuitas sine corruptione, beatitudo sine ca-*  
*lumnitate; vbi omnia bona in caritate perfecta; vbi spe-*  
*ies & visio facie ad faciem, vbi plena scientia in omni-*  
*bus & per omnia: vbi summa Dei bonitas cernitur, &*  
*lumen illuminans à sanctis glorificatur; vbi præsens*  
*Dei Maiestas conspicitur, & hoc vita cibo sine defectu*  
*mens intuentium satiatur: vident semper, & videre*  
*desiderant: sine anxietate desiderant, & sine fastidio*  
*satiantur: vbi verus sol iustitiæ mira sue pulchritudi-*  
*nis visione omnes respicit, & ita vniuersos cœlestis pa-*  
*triae ciues illuminat, vt luceant ipsi super omnem*  
*solis splendorem, immortali adhaerentes deitati, &*  
*per hoc immortales & incorruptibiles facti, iuxta pro-*  
*missio-*



*Ioan. 19.* *missionem Saluatoris: Pater, quos dedisti mihi, ut ubi ego sum, & illi sint mecum, ut videant gloriam meam.* Ex parte ergo Dei, qui summum bonum est, omne genus boni complectens, malorum omnium pericula excludens, facit beatam vitam.

2. 44. Sed quid locus ipse? Tria video à diuina prouidentia hominibus assignata esse commorandi domicilia: quorum à secundo præstantia & magnitudine primum, à tertio vero terribilitate dum multis partibus superatur. Primum maternus uterus, angustijs & conditione

1. *Vterus maternus.* rabilis, in quo sine matris tuique incommoda & vitæ discrimine, vix delitescere potes, intra paucos menses commorari: luce carendo allimento sustentaris, non humano solido terrigenum more.

2. *Mundus.* Alter locus magnitudinis præstantia tantum exsuperat priorem, cum eo comparationem admittat: estque mundi huius latitudo. Si tamen tertium consideres, nimirum beatorum sedem, certe

3. *Beatorum sedes excellens.* stior mundus est eidem collatus mulieris matrice fœdior, ac impuris menstruis detestabilior.

1. *Quia amplissima.* Hinc exclamat Propheta: *O Israel, quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius: magnus est, & non habet finem; excelsus & immensus.* Quod si numerum perpendis electorum, paucissimi ad reprobos comparati: qui nihilominus in tantum spatiose habitabunt beati, tam ingenti circuitu fusa immensa que cœlorum amplitudine

2. *Excelsus quoque locus est, si situm spectes.*



qui mirabilis, excelsus, & commodus est. Quid  
 enim mirabilius, quam globum intueri meū,  
 qui à nullo sustentetur? Ecquis enim orbis su-  
 stentat, præter Dei manum fortissimam? Quid  
 mirabilius, quam cœlum diuersis contrariisque  
 motibus cieri, eosdemque mortalibus tempo-  
 ribus definire, vt ne hilum quidem inordinatum  
 annorum millibus reperias, vereque dixerit  
 Rex sanctus, *Ordinatione tua perseverat dies, quo-*  
*nia omnia seruiunt tibi?* Quia vero locus alius  
 est, ab omni morborum contagione malorum-  
 que discrimine ac timore incolæ liberatur. Nul-  
 læ turre, scalæ, machinæ, tormenta bellica, te-  
 que, vlla vi, eo possunt torqueri aut pertinge-  
 re. Muri ac portæ ex lapidibus pretiosis compo-  
 siti ac vallati.  
 Commodissima etiam mundi parte locus il-  
 litus est, nempe in capite mundi: nos hic in  
 pedibus volutamur. Capiti, vt corporis humani  
 præfidi, hæc tria deferri solent: honos, cura, ac  
 delectatio. Hinc corona capiti imponitur, & in  
 faciem primum honoris causa oculos conijci-  
 mus. Cura maior, quam ceteris partibus, in eo,  
 vt pote principe, tuendo fouendoque ponitur,  
 quo salus corporis pendeat. In capite deni-  
 que vigent omnes sensus, & omnium sensuum  
 delectationes. Cœlum empyreum caput est  
 mundi. Beatis itaque honos defertur, & quidem  
 cuique pro meritis; ab omnibus sane qui in cœ-  
 lesti palatio degunt, vt & generatim à mortali-  
 bus; speciatim tamen quibusdam qui beatitu-  
 dinis suæ maiora hic monumenta reliquerunt.

Aa Cura

*Ob situm  
 excellentē.  
 1.  
 Mirabilē.  
 Psal. 118.  
 2.  
 Altum.  
 3.  
 Commo-  
 dum.  
 Tria capi-  
 ti deferri  
 solita.  
 1.  
 Honor.  
 2.  
 Cura ma-  
 ior.  
 3.  
 Delecta-  
 tio.*

LIBER PRIMVS  
 DE VITA  
 ET MORIBVS  
 S. PATRI





Cura quoque maior est: nam in brachijs diu  
conquiescunt. Omnes denique delectatione  
quibus sensus humanus capitur, affatim  
cumfluunt, eosque perfundunt. Pauca de  
nes de loci huius præstantia pro dignitate  
scribit: *Duodecim porta, duodecim muros  
sunt, per singulas, & singula porte ex singulis  
ritis: & platea ciuitatis aurum mundum, tectum  
vitrum perlucidum: & templum non vidi in eam  
nus enim Deus omnipotens templum illius est.  
gnus: & ciuitas non eget sole neque luna, vt lucet  
ea; nam claritas Dei illuminauit eam, & lucet  
est Agnus.*

*Apoc. 21.*

*3.  
Ex parte  
sociorum.*

45. Quid de societate beatorum dicam  
vnus quidem dyscolus est, qui alios per  
omnes boni, omnes perfecti. Communica  
tem est meritorum ac gloria, bonorum  
mnum; vt, qui minor sit in gloria, omni  
liorum laudibus bonisque perfruatur  
rum detrimento. Ibi, ait Gregorius, *in  
Angelorum chori: ibi societas supernorum  
dulcis solemnitas à peregrinationis huius  
redeuntium: ibi prouidi Prophetarum chori:  
Apostolorum numerus: ibi innumerabilium  
rum victor exercitus, tanto illic latior, quanto  
rius afflictus: ibi confessorum constantia  
perceptione consolata: ibi fideles viri, quos à  
sua robore voluptas seculi emollire non potuit:  
et mulieres, qua cum seculo & sexum vicem  
pueri, qui hic annos suos moribus transcendunt  
Gregorius.*

*Hom. 14. in  
Euang.*

4. 46. At quid ex parte beatorum? an illi  
fons il



tur: omnino satiantur: duplex enim in illis est  
 appetitus seu amor; alius beneuolentiæ seu a-  
 micitiæ, alius concupiscentiæ. Hi perpetuo, dum  
 in uia sumus, anhelant ad fontem illum, de quo  
 David: *Sitiuit anima mea ad Deum fontem uiuum,*  
*quando ueniam & apparebo ante faciem Dei? & Quæ-*  
*si modum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita*  
*desiderat anima mea ad te Deus.* Hac siti tenentur,  
 etiam hic beati esse dicuntur; nempe qui  
*satiunt & sitiunt iustitiam;* & quibus promitti-  
 tur quoniam *saturabuntur.* Amor caritatis & be-  
 neuolentiæ est, quo non nobis sed amico ama-  
 mus & diligimus. Hoc flagrabant tres pueri in  
 fornace Babylonica, in medijs flammis cantati-  
 uis: *Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate*  
*superexaltate eum in sacula.* Alter amor Deum  
 complectitur quidem, sed sibi: ut illo fruatur  
 summo bono, sed suo.  
 Beatorum ergo amor & sitibundum deside-  
 rium satiatur in caelis uisione Dei, summi boni,  
 cuius est fons uitæ, auctore D. Ioanne. *Et*  
*pendit mihi fluum aqua uitæ, splendidum tanquam*  
*crystallum, procedentem de sede Dei & Agni.* Ibidem  
 flumini instar *torrentis* decurrit, *satisficiens ciuita-*  
*ti Dei;* quo potantur omnes. at quomodo?  
 sicut secus quam mater sitiienti filio porrigit  
 ubera; quibus uisis, puer ore manibusque irruit  
 in papillas, ac brachijs nunc matrem, nunc  
 ubera complectitur ac detinet. O quam suaui-  
 ter potat, qui à diuinis illis uerbis pendet,  
 summoque complexu adhæret! Suge sitibunde,  
 fons illi exhauriri nō potest. Sicut ergo infantis

Ex parte  
 beatorum.  
 Duplex a-  
 mor, bene-  
 uolentia  
 & concu-  
 piscentia:  
 utrumque  
 satiari.  
 Psal. 42.  
 Matth. 5.

Daniel 3.

Apoc. 22.

Psal. 35.

Psal. 45.

Simile.



desiderium expletur vnione ac fruitione  
rum maternorum: ita & cœlites omne suum  
fiderium fruitione tanti tamque immensi  
exsatiant.

*Simile.*

Id clarius in internis animi actibus elucet.  
Sicut enim is qui scientiam summo ardore  
sequitur, eam demum tenet ac possidet  
ctus operatione; nec alius explendi desiderii  
nobis relinquitur modus: (ea enim est  
potentiæ cognoscendi, vt rem cognitam  
vniat, & in se quodammodo detineat per  
tionem, & maxime per visionem, quæ est  
ctissima cognitio) sic & desiderium nostrum  
pletur Dei conspectu ac complexu; & quæ  
amoris amicitia: quia ideo beati esse volumus  
vt non tam nobis beatitudo nostra bonum  
quam amico; omneque bonum nostrum  
internum quam externum, eidem optatur.

*Amor a-  
micitia ex-  
pletur.*

Hinc Angeli cum senioribus perpetuo  
nunt Deo laudes in conspectu throni:  
*Etio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio,  
nor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in seculum  
lorum, Amen.* Optant etiam amici præsentiam  
nisi enim præsens sit cum omnibus bonis  
amor iste nec quietus est, nec satiatur. Per  
præsentiam bona dilecti quodammodo fruuntur  
mantis, etsi eam non ob suum, sed dilecti  
modum appetat; præsentia vero hæc fruuntur  
per visionem: quare visio explet desiderium  
moris amicitia.

*Amor con-  
cupiscen-*

Exsatiat quoque eadem amorem concupiscentia: quod enim hoc amore maxime



mus, est, perfectam habere presentiam vnio-  
 nemque infiniti boni, quam nobis presentem  
 efficit visio beatifica. Appetit denique quilibet  
 summam sui PERFECTIIONEM in omni re-  
 rum genere: at visio Dei maxima est hominis  
 PERFECTIO, fons & origo reliquorum; de  
 ea enim certissime dici potest, *Venerunt mihi o-*  
*mnia bona pariter cum illa.* Ex hac nempe amor  
 beatificus oritur, in beatitudinis consecutione  
 ac perpetuitate necessarius: ex eadem & laetitia  
 incomprehensibilis, quæ est decor beatitudinis  
 & ultima PERFECTIO necessario resultans ex  
 possessione boni amati. Et quia vera beatitudo  
 perpetua est, & immutabilis; ideo perpetuum  
 & immarcescibile gaudium beatorum fit, ne-  
 cesse est.

## C A P. XXIX.

*Vitam beatam eam demum solam esse, qua  
 aterna sit: tandemque esse finem vlti-  
 mum, virtutis ac PERFE-  
 CTIONIS præ-  
 mium.*

47. **V**itam, qua cœlites perfruuntur, esse  
 beatam, sat constat ex dictis, si modo  
 aterna sit: nam, vt D. Augustinus ait, *Tum vere*  
*vitam, quando nihil potero timere ne moriar. Ipsa*  
*enim & sine vlllo additamento dicitur vita, nec intel-*  
*ligitur nisi aterna & beata vita, tanquam sola di-*  
*cenda*

*Aug. in Ps.  
 118. ser. 19.  
 tom. 8.*